

At jam nunc longe alia judiciorum forma introducta est. Primum enim superiora Collegia Montana, ad quae a Montanis primae Instantiae Foris appellationes fieri solebant, sublata, idque sancitum est, ut ad Tribunal Appellationis, sive Tabulam Regiam universae causae appellatae, more aliarum civilium causarum in Foris primae Instantiae decisarum deducerentur; hinc vero, variantibus sententiis, ulterior appellatio non jam, uti hactenus, ad Vindobonensem rei Montanisticae, et Monetariae Cameram Aulicam, verum ad supremum Justitiae Tribunal, Tabulam nempe Septemviralem, fieret.

Quod vero ad Fora primae Instantiae attinet, ea quoque in parte non levem mutationem futuram dubium non est. Sed cum opus hocce in praesentia sub incude sit, quidquid decisum fuerit, Lectoribus ob oculos suo tempore ponetur.

## Caput IX.

### De Districtibus Privilegiatis.

Inter eos Districtus, qui Privilegiis Regiis a communi jurisdictione penitus, vel parte aliqua exempti, separata

Tom. I.

quae-

Nunmehr aber haben diese Rechtsachen eine andere Leitung erhalten. Es wurden nämlich die Oberberggerichte, an welche erwähntermassen die Rechtsachen von den ersten Gerichtsständen appelliret werden mußten, aufgehoben, und zugleich festgesetzt, daß alle bei den ersten Gerichten entschiedenen Rechtshandel unmittelbar an die kön. Tafel, als Appellationsstelle, so wie alle übrigen bürgerlichen Streitsachen, gebracht werden, von daher aber, wenn die Rechtsprüche ungleich ausfielen, der weitere Zug nicht mehr an die R. R. Hofkammer in Berg- und Münzsachen, sondern an die oberste Justizstelle, das ist: die Septemviraltafel, gehen soll.

Was aber die Gerichte der ersten Behörde anbelanget, ist es außer Zweifel, daß auch dießfalls nicht geringe Abänderungen geschehen werden. Da man aber eben jetzt daran arbeitet, so müssen wir uns vorbehalten, was dießfalls verfügt wird, zu seiner Zeit nachzutragen.

## Neuntes Hauptstück.

### Von den privilegirten Freibezirken.

Unter denjenigen Bezirken, welche durch königl. Gnadenbriefe von der allgemeinen Gerichtsbarkeit ganz oder zum Theil freigespro-

quaedam corpora formabant, numerantur: REGIO-JAZIGUM, ET CUMANORUM, OPPIDA HAJDONICALIA, SEXDECIM OPPIDA SCEPUSIENSIA, OPPIDA DECEM LANCEATORUM, SEDES VAJKENSIS, ET VEREBELIENSIS, NOBILES CAMPI TUROPOLYA, DISTRICTUS TIBISCANUS, DISTRICTUS KIKINDIENSIS.

### §. 81.

#### De Regione Jazigum, et Cumanorum.

Cumani eam, quae nunc Moldavia dicitur, Provinciam olim incolentes, a vicinis Tataris victi, profligatique, quo se, suosque ab extremo interitu liberarent, a Bela IV. Rege, ut ad Hungariam una cum Rege suo Kutheno susciperentur, orarunt. Susceptis Regales campi late patentes partim cis Tibiscum, partim trans Tibiscum pro perenni habitatione anno 1239 adsignati sunt.

Jaziges pariter facta in Hungariam irruptione devicti, quia Christianam Religionem sese assumere velle declararunt, obtenta venia jam anno 1080, proinde ante ingresum Cumanorum, amplissimas terras Regales obtinuerunt, nomine quidem a Cumanis distincti, at nequam natione. Cum enim ii in arte sagittas jaciendi excellerint, atque ideo ut sagittarii Regii in bellis adhibiti sint, derivato ab Hungarica voce *Jasz*, quae sagittam signifi-

prochen sind, werden begriffen: 1) die Landschaft der Jaziger und Kumaner; 2) die Saidukenstädte; 3) die sechzehn Zipferstädte; 4) die Städte der zehn Lanzenträger; 5) der Waiker- und der Verebelerstuhl; 6) die Edelgemeinde von Turopolia; 7) der Bezirk an der Theisse; und 8) der Kikin-derbezirk.

### §. 81.

#### Von der Landschaft der Jaziger und Kumaner.

Die Kumaner bewohnten einmahl das Land, welches nun die Moldau heißt; da sie aber von den Tatern überwunden und verjagt wurden, bathen sie den König Bela IV., um ihren gänzlichen Untergang zu vermeiden, daß er sie sammt ihrem Könige Kuthen in Ungarn aufnehme. Sie wurden erhdrt, und man wies ihnen im J. 1239 königliche weitschichtige Ländereien dieß- und jenseits der Theisse zu stäten Wohnplätzen an.

Eben so haben die Jaziger, da sie bei einem Einfalle in Ungarn überwunden wurden, weil sie zur Annahme des christlichen Glaubens sich bereit finden ließen, schon im J. 1080, also noch eher als die Kumaner, beträchtliche königl. Grundstücke erhalten. Dieses Volk ist übrigens nur dem Nahmen nach, nicht aber in der Abstammung, von den Kumanern unterschieden; weil sie nämlich im Pfeilwerfen sehr geübt waren, und als königliche Bogenschützen in den Kriegen gebraucht wurden; so erhielten

ficat, vocabulo *Jaziges*, interdum *Bal-  
listarii*, et hoc etiam nomine corrupto  
*Philisthaei* cognominabantur.

Regiones, quas *Jaziges*, et *Cuma-  
ni* tenent, distinctum antehac corpus  
efficiebant; distinctis *Judicibus*, diver-  
sis *Magistratibus* regebantur, a dire-  
ctione *Palatinorum Regni Hungariae*  
pendentes, qui propterea *Comites*, et  
*Judices Jazigum*, et *Cumanorum* dicti  
sunt, atque hoc nomine inde a vetu-  
stissimis temporibus *honorarium aureo-  
rum* 3000 ab iis per annos singulos  
percipere solebant.

At Imperatori *Districtui* huic,  
nihil ceteroquin de privilegiis de-  
mendo aliam gubernationis normam,  
quae *hosiernae aetati* magis con-  
sentanea sit, praescribere placuit.  
Haec in *Rescripto Regio d. 21 Dec. 1786*  
continetur, et ad sequentes articulos  
reduci potest.

I. Tota *Regio Comitatus Pestin-  
nensi* ita adjecta, et incorporata, ut  
non jam tanquam separatum aliquod  
corpus, sed velut pars *Comitatus* non  
secus ac de *Liberis, Regisque Civita-  
tibus* capite V. dictum est, deinceps  
consideranda sit.

II. *Munus supremi Jazigum*, et  
*Cumanorum Judicis*, quod cum *Palati-  
nali dignitate* junctum fuisse dixi-  
mus,

sie von dem ungarischen Worte *Jasz*, wel-  
ches einen Pfeil bedeutet, den Namen *Jaz-  
ziger*, manymahl auch im Lateinischen *Bal-  
listarii*, und durch Verunstaltung dieses Wor-  
tes: *Philistaei*.

Die Landschaften, welche die *Jaziger*  
und *Kumaner* bewohnen, machten vormals  
einen Körper aus, der durch eigenthümliche  
*Richter* und *Vorsteher* verwaltet wurde,  
und unter der unmittelbaren Oberaufsicht des  
*Palatinus* stand, welcher daher auch den  
Titel eines *Grafen* und *Richters* der *Jaz-  
ziger* und *Kumaner* führte, und dafür seit  
den ältesten Zeiten alljährlich einen Ehren-  
gehalt von 3000 *Dukaten* aus gedachten  
Ländereien bezog.

Nunmehr aber fanden *Se. Maj. der*  
*Kaiser* für gut, diesem *Freibezirke*, ohne  
übrigens dessen *Privilegien* aufzuheben, eine  
andere, dem jetzigen Zeitalter mehr angemes-  
sene *Verwaltung* zu verleihen. Die deshal-  
ben ergangenen *Vorschriften* sind in einem  
*Königl. Rescript* vom 21. *Dezemb.* des J.  
1786 enthalten, und lassen sich auf folgende  
Punkte bringen:

I. Die ganze *Landschaft* ist der *Pester-  
gespanschaft* so zugetheilt und einverleibet  
worden, daß sie nicht mehr als ein abgeson-  
deter Körper, sondern als ein Theil der  
*Gespanschaft* eben so, wie von den *Frei-  
städten* gemeldet worden ist, in Zukunft an-  
gesehen werden soll.

II. Da solcher *Gestalten* für diese *Bez-  
zirke* eine neue von der vorigen verschiedene  
*Behandlungsart* der *Geschäfte* vorgeschrieben  
wur:

mus, cum pro his ipsis Districtibus peculiaris, priorique dissimilis administrandae Reipublicae forma jam determinata sit, suapte cessat.

III. Superior igitur directio in Politicis Procomiti, in Oeconomicis vero Regio Administratori Camerali Pestinensi, sub cura tamen, et vigilantia Commissarii Regii Pestinensis, credita.

IV. Contra autem interior, eaque immediata totius Regionis directio ab uno Moderatore, qui Capitanei Jazigum, et Cumanorum nomine compellatur, et caractere illo, qui alteri Vicecomiti competit, annuoque 700 florenorum stipendio fruitur, pendet. Is, prout dictum est, Vicecomiti in Politicis, et Administratori Camerali in Oeconomicis tanquam superioribus Magistratibus paret, eorumque singulis protocolla statis diebus mittit,

V. Quo autem Capitaneus idem negotia Districtus sui politica, et oeconomica tanto facilius administrare possit, adjuncti ei sunt:

Superior Notarius cum stipend.	fl. 500.
Protonotarius	— 200.
Tres Cancellistae, singuli cum	— 100.
Filialis Perceptor	— 500.
Contrascriba	— 200.
Duo particulares Perceptores, singuli	— 130.
Medicus	— 450.
At-	

wurde, so höret das Amt eines obersten Richters der Jaziger und Rumaner, welches, wie oben gesagt worden ist, mit der Würde des Palatins beständig verbunden war, von sich selbst auf.

III. Die Aufsicht in politischen Angelegenheiten ist demnach dem Vizegespanne, in ökonomischen aber dem königl. Kameraladministratore des Pesther Bezirks unter der Obforge und Wachsamkeit des königl. Bezirkskommissars anvertraut.

IV. Hingegen soll die innere und unmittelbare Verwaltung der ganzen Landschaft von einem besondern Vorsteher abhängen, welcher die Benennung eines Hauptmanns der Jaziger und Rumaner führen, mit dem zweiten Vizegespanne gleichen Rang haben, und alljährlich einen Gehalt von 700 Gulden genießen wird. Dieser steht jedoch, wie schon gesagt worden ist, unter dem Vizegespanne in politischen und dem königl. Kameraladministratore in Wirtschaftsgeschäften, und muß beiden an bestimmten Tagen seine Protokolle übersenden.

Damit aber der Hauptmann die politischen und ökonomischen Angelegenheiten seines Bezirks desto leichter verwalten könne, sind ihm beigegeben:

Ein Obernotar mit	500	Guld.
Ein Vizenotar mit	200	—
Drei Kanzellisten mit	100	—
Ein Einnehmer mit	500	—
Ein Gegenhandler mit	200	—
Zwei Untereinnehmer, jeder mit	130	—
Und endlich ein Arzt mit	450	—
		durch

Atque his interior Districtus hujus administratio absolvitur.

VI. Sed quia aliam Regni partem Jaziges, aliam Cumani majores, aliam Cumani minores occupant, ac proinde Districtus hic situ non connectitur, verum in tres inter se separatas partes dispescitur, decretum est, ut cuilibet harum partium singuli *Districtuales Capitanei*, Judicis Nobilium characterem habituri, praeessent, Capitaneo ceteroquin parituri, ac florenos 300 singulis annis stipendii loco percepturi.

Sed et hi suos etiam Adjunctos, seu Afseffores instar Vicejudicum Nobilium habent, quorum singulis 250 florenorum salarium pendetur.

In qualibet praeterea harum partium Chirurgus unus, et Obstetrix una, prior cum 100, posterior cum 80 florenorum annuo stipendio constituti sunt.

*Hactenus cit. Rescriptum Regium.*

Hac itaque ratione in Politicis Districtuales Capitanei a Capitaneo, Capitaneus a Procomite, hic denique a Consilio Locumtenentiali, et Commissario Regio dependent. Atque ideo Commissario Regio, et Procomiti, quemadmodum reliquas Comitatus partes, ita Districtum quoque hunc, quoties visum fuerit, visitandi, atque ea, quae opportuna censuerint, in iis disponendi potestas concessa est.

Durch diese wird die innere Verwaltung des Bezirks versehen.

VI. Aber weil der ganze Bezirk nicht zusammen hängt, sondern das Jazigerland und Groß- und Klein-Rumanien von einander abgesondert sind, so ist beschloffen worden, daß jedem dieser drei Theile ein Bezirkshauptmann mit dem Range eines Stuhlrichters der Gespanschaften, und mit dem jährlichen Gehalte von 300 Gulden vorgesezt werden soll.

Diese Bezirkshauptleute haben auch wieder ihre Gehülfen oder Beisitzer, davon jeder jährlich 250 erhält.

Auch sind in jedem dieser Theile ein Wundarzt, und eine Hebamme, jener mit 100, diese mit 80 Gulden Gehalt angestellt. So weit geht obgedachtes Hofrescript.

Diesemnach stehen die Bezirkshauptleute in politischen Gegenständen unter dem Hauptmanne, dieser unter dem Bizegespan, der Bizegespan selbst unter der Landesstelle und dem königlichen Kommissar. Daher haben auch letztere und der Bizegespan das Recht, so oft sie es für gut befinden, diesen Bezirk zu bereisen, und das Nöthige in demselben anzuordnen.



Quod ad ordinem judicarium at-  
tinet, singulorum Oppidorum, e qui-  
bus Regio haec componitur, Magistra-  
tus causas incolarum jam nunc diri-  
munt, a quibus velut primae Instan-  
tiae Judiciis ad Tabulam Regiam, inde  
sententiis variantibus ad Tabulam Se-  
ptemviralem appellatur.

§. 82.

*Oppida Hajdonicalia.*

OPPIDA HAJDONICALIA sex sunt,  
videlicet: *Beszermény, Dorog, Hatház,*  
*Nánás, Vámos Percz, Szoboszló,* et  
numero incolarum, et vastis latifundiis  
amplissima; jacent in Comitatu Sza-  
bolczeni, distinctisque privilegiis a  
Duce Joanne Corvino cum onere mili-  
tandi donata sunt, quae subinde Ste-  
phanus *Bocskay* Princeps Transilva-  
niae auxit, Rudolphus autem Imper-  
ator et Rex, ejusque Successores  
confirmarunt.

Quia Districtus hic a jurisdictione  
Comitatum liber distincta ratione  
gubernabatur, Status et Ordines ut  
Comitatu Szabolczeni subiceretur,  
in Comitibus saepenumero licet absque  
successu institerunt; sed quod duo-  
bus pene seculis propter varia impe-  
dimenta effici non potuit, JOSEPHO II.  
regnante perfectum est.

Ejus namque jussu (*Rescript. Reg.*  
*d. 21 Dec. 1786.*) Tractus hic Comita-  
turi

Was die Gerichtsordnung betrifft, so  
ist den Magistraten der Ortschaften, aus  
denen dieser Bezirk besteht, aufgetragen,  
die Rechtshändel der Einwohner zu schlich-  
ten. Von diesen Gerichten, als ersten Ge-  
richtsständen, geht die Appellation an die  
königl. Tafel, und bei einer Verschiedenheit  
des Ausspruches an die Septemviraltafel.

§. 82.

Von den Hajdukenstädten.

Unter dieser Benennung werden nur  
sechs Städte verstanden, nämlich *Beszermény,*  
*Dorog, Sathaz, Nanas, Vámos,*  
*Percz,* und *Szoboszló,* die sowohl durch ih-  
re Volksmenge als beträchtliche Grundstü-  
cke sehr ansehnlich sind. Sie liegen in der  
Szabolczer Gespanschaft, und wurden von  
dem Herzog Johann Körvin für die Ver-  
bindlichkeit zu Felddiensten mit verschiedenen  
Begünstigungen begabt, welche hierauf Ste-  
phan *Botsckay,* Fürst von Siebenbürgen,  
erweitert, K. K. Rudolph aber und seine  
Nachfolger bestätigt haben.

Weil der Bezirk dieser Städte von  
der Gerichtsbarkeit der Szabolczer Gespan-  
schaft abgeschnitten war, und für sich ins-  
besondere verwaltet wurde, so haben die  
Stände der Gespanschaft oftmahls auf den  
Landtagen, obschon immer ohne Erfolg, an-  
gehalten, daß er der Gespanschaft einver-  
leibet werde.

Was aber wegen verschiedener Hindernisse durch beinahe zwei Jahrhunderte nicht  
gier

tui Szabolczeni ita subjectus est, ut jam partem illius unam, sive *Processum* efficiat. Prout itaque reliquis Comitatus *Processibus*, ita huic quoque cum annuo 400 florenorum stipendio *Judex Nobilium* praefectus est.

Adjuncti illi Vicejudex Nobilium cum stipendio	florenorum	200.
Cancellista	—	100.
Particularis Perceptor	—	200.
Medicus	—	500.
Chirurgus	—	200.
Obstetrix	—	60.

Munus *Judicis Nobilium*, ejusque *Adjunctorum* idem est, quod reliquorum in Comitatu. Causas autem cujusvis *Oppidi Magistratus* dirimit, ad *Tabulam Regiam*, inde ad *Septemviralem* uberioris discussionis causa appellandas.

## §. 83.

*Sexdecim Oppida Scepusiensia.*

Jam primus Hungariae Rex Stephanus, ejusque Succesor Petrus Alemannus, et praesertim Geysa II. multos Germanos, quos vetusti nostri *Codices Teutones* appellant, in Hungariam susceperant. Eorum multis sedes in Transilvania, quae nunc *Saxonicae* vocantur, multis aliis in superiori Hun-

geschehen ist, wurde unter Josephs II. Regierung zu Stande gebracht; denn auf Sr. Maj. Befehl vom 21. Dezember 1786 ist dieser Bezirk der Szabolcser Gespanschaft also unterworfen worden, daß er nun einen Theil (oder sogenannten Prozeß) des selben ausmacht, und wie die übrigen Kreise oder Prozesse, einen Stuhlrichter mit 400 Gulden Gehalt zum Vorgesetzten hat.

Nebst diesem aber befindet sich hier noch ein Vicestuhlrichter mit	200	Guld.
Ein Kanzellist mit	100	—
Ein Untereinnehmer	200	—
Ein Leibarzt	500	—
Ein Wundarzt	200	—
Eine Hebamme	60	—

Das Amt des Vicestuhlrichters, und dessen Gehälften ist so, wie in den übrigen Gespanschaften. Die Rechtshändel schlichtet übrigens wie in dem vorher abgehandelten Bezirke, der Magistrat jeder Ortschaft, und von demselben geht der Zug der Appellation an die königliche und die *Septemviraltafel*.

## §. 83.

## Von den sechzehn Zipser Städten.

Schon der erste König von Ungarn, Stephan der heilige, und eben so sein Nachfolger Peter der Deutsche, und besonders Geysa II. haben viele Deutsche in Ungarn aufgenommen. Vielen wurden Wohnplätze in Siebenbürgen angewiesen, wo sie noch heutiges Tages Sachsen heißen, vielen andern ein Theil von Oberungarn und besonders

gariae parte, praecipue in *Terra Scepus* assignatae, amplaque immunitates concessae.

Sola in *Terra Scepus*, sive in Comitatu Scepusiensi 24 Civitates Nationis potissimum Teutonicae numerabantur, quarum undecim Rex Sigismundus in summas aerarii angustias conjectus jure perenni vendidit, tredecim vero Polonis 37000 latorum grossorum aere mutuo accepto anno 1412 una cum Dynastiis Lublyo, et Podolin pignori locavit.

Quoties Comititia celebrata sunt, Status et Ordines majorem in modum petierunt, ut hae Civitates a Polonis redimerentur. Quod per 360 annos adversis Hungariae fatibus obstantibus fieri non potuit, Augustae Mariae Theresiae, ejusque Filii JOSEPHI II. providentia feliciter factum est. Anno 1772 tredecim has Civitates una cum memoratis Dynastiis sacrae Regni Hungariae Coronae restitutas, atque ita communia omnium vota adimpleta laeti vidimus.

Quapropter Augusta Imperatrix et Regina Civitatibus his (quas, cum Liberae, Regiaeque non sint, nostrates tantum Oppida compellare solent) additis insuper aliis tribus Oppidis, quae in Dynastiis Lublyo, et Podolin jacent, paribusque ab antiquo privilegiis gaudebant, novum privilegium die 5 Junii anni 1778 Viennae editum concessit, quo vetustae earum libera-

tae im Zipferlande eingeräumet; alle erhielten beträchtliche Freiheiten.

In der Zipsergespannschaft allein zählte man 24 Städte, nur von deutschen Ankömmlingen bewohnt. Von diesen hat König Sigismund, da er sich in Ansehung der Finanzen in der äussersten Verlegenheit befand, elf verkauft, die übrigen dreizehn aber im J. 1412 gegen 37000 gute Groschen sammt den Herrschaften Lublyo und Podolin der Krone Pohlen verpfändet.

So oft seitdem ein Landtag gehalten wurde, bathen die Stände des Reichs aufdringende, man möchte diese Städte von Pohlen wieder auslösen: was jedoch durch 360 Jahre nicht geschehen konnte, da immer das Misgeschick von Ungarn es verhinderte, ist durch M. Theresiens und ihres Sohnes Joseph II. Vorsehung glücklich vollbracht worden; es wurden nämlich im J. 1772 obgedachte dreizehn Städte zugleich mit den erwähnten Herrschaften der Krone von Ungarn zurückgegeben, und so die allgemeinen Wünsche erfüllet.

Hierauf hat die Kaiserinn Königin diesen Städten, verbunden mit drei andern, welche in den Herrschaften Lublyo und Podolin liegen, und gleiche Vorrechte von Altersher genossen, unter dem 5. Juni des J. 1778 ein neues Privilegium verliehen, wodurch denselben alle Freiheiten und Vorrechte bestätiget, und mit neuen Begünstigungen erweitert worden sind. Die Worte dieses Diploms lauten: // Zum ewigen

ta-

„ Ge-



tates, atque immunitates confirmatae, novisque additis locupletatae sunt. *In perennem*, verba sunt Diplomatis, *epochae illius, qua memorata sexdecim Oppida suis cum appertinentiis sub felici nostro, Filiique, et Corregentis nostri charissimi Josephi II. Romanorum Imperatoris, nostri alias etiam in regimine Successoris, gubernio jurisdictioni sacrae Regni nostri Hungariae Coronae restituta sunt, memoriam, monumentumque* — — — *avitas eorum literas privilegiales* — — — *ex speciali gratia, et clementia nostra Caesareo-Regia* — — — *confirmamus.* Hoc Diploma sequentes continet articulos, qui, qua forma Civitates hae usque in praesens gubernatae fuerint, ostendunt. Articulus itaque 1) usus sigilli iis conceditur, in quo id speciale est, quod scuto pectorali literae J. II. et M. T., id est: Josephus II. et Maria Theresia: insertae legantur. 2) Oppida haec non a Comitatu, sed immediate a Consilio Regio in politicis, in oeconomicis vero a Camera Regia Hungarica Aulica dependeant. 3) Administrator Regius, qui Dominium terrestre repraesentet, et non modo cameralia, sed etiam politica curet, perpetuo iis praesit. 4) Administratori Comes Provinciae, seu *Grafius*, tres praeterea Assessores, Notarius, et Fiscalis adsint. 5) 6) Modus electionis Magistratuum praescribitur. 7) Non equestris, sed pedestris militia his in Oppidis illocetur. 8) Modus pupillarem substantiam tractandi praescribitur. 9) Cujusque Oppidi Magistratus causas civiles di-

Tom. I.

scu-

„ Gedächtnisse und Denkmale des Zeit-  
 „ punktes, da gedachte sechzehn Städte mit  
 „ allem, was dazu gehöret, unter unserer  
 „ glücklicher Regierung und unseres vielge-  
 „ liebten Sohnes des Römischen Kaisers,  
 „ und unseres Nachfolgers Josephs II. Mit-  
 „ regentschaft wieder unter die Gerichtsbar-  
 „ keit unserer Ungarischen Krone gekommen  
 „ sind.. wollen Wir derselben alle.. Pri-  
 „ vilegien aus Unserer besonderen Gnade  
 „ und Milde.. bestätigen etc.“ Weiter  
 enthält das Diplom folgende Artikel, wel-  
 che zeigen, wie es mit diesen Städten bis-  
 her gehalten worden ist. Es wird ihnen  
 nämlich im ersten Artikel der Gebrauch  
 eines eigenen Insignis mit einem Brust-  
 schilde und den Buchstaben J. II. und M.  
 T. verwilliget; 2) Diese Städte sollen nicht  
 von der Gespannschaft, sondern unmittelbar  
 von der Landesstelle in politischen Angelegen-  
 heiten, in Wirthschaftssachen aber von der  
 Ungarischen Kammer abhängen. 3) Es soll  
 ihnen ein königl. Administrator vorstehen, der  
 einen Grundherrn vertritt, und nicht nur  
 Kammerfachen, sondern auch die politischen  
 Angelegenheiten besorgt. 4) Dem Admini-  
 strator sollen der Provinzialgraf, drei Bei-  
 sitzer, ein Notar und ein Fiscal zur Seite  
 stehen. 5. 6) Wird die Wahlart der Ma-  
 gistratspersonen vorgeschrieben. 7) Es sol-  
 len in diese Städte keine Truppen zu Pferd  
 de, sondern nur Fußgänger verlegt werden.  
 8) Vorschrift in Pupillarsachen. 9) Der  
 Magistrat jeder Stadt soll Civilsachen ab-  
 handeln, von da geht der Zug vor das Ge-  
 richt des Provinzgrafen, wo auch Criminal-  
 fälle anhängig gemacht werden, und wei-  
 ter vor den Stuhl des königl. Personals.  
 10) Es sollen alljährlich wenigstens drei

3

Re.



scutiat, inde appellatio ad Forum Comitatus Provinciae, in quo criminales etiam causae movendae sint, hinc vero ad Sedem Personalis Praesentiae Regiae fiat. 10) Sedes causarum appellatarum revisoria quovis anno minimum ter celebretur, cui Comes Provinciae praesit, tres vero Assessores, et Deputati Oppidorum minimum quinque assideant. 11) Tota sedecim Oppidorum Provincia habeat communem, et quodvis Oppidum singillatim suum Fiscalem teneat. 12) De generali Oppidorum Causae Perceptore. 13) Omnia territorialia, et Regalia Beneficia, venatio, molae, minerae, educillum, macellum, braxatio cerevisiae, fora, et nundinae &c. Oppidis conferuntur. 14) Jus in caducis substantiis succedendi. 15) Jus emtionis, et venditionis domorum, et fundorum iis conceditur. 16) Fiscus Regius Oppida, si lite impetantur, defendat.

At Imperator simplicem gubernationis rationem in omnibus Regni Partibus inducendi consilio suscepto privilegium hoc tantum confirmavit, quantum cum nova Comitatum administratione conciliari potest.

1<sup>o</sup> Itaque Civitates hae eodem modo, sicut de aliis Civitatibus dictum est, jurisdictioni Vicecomitis Comitatus Scepusiensis, et Regiae Cameralis Administrationis Casoviensis sub di-

re-

Revisionsgerichtssitzungen gehalten werden, wobei der Provinzialgraf den Vorsitz haben, und drei Beisitzer, und wenigstens fünf Abgeordnete aus den Städten beiwohnen sollen. 11) Die gesammte Landschaft der sechzehn Städte soll einen gemeinschaftlichen, und jede insbesondere einen eigenen Fiskal haben. 12) Von dem Generaleinnehmer der Städte. 13) Werden diesen Städten alle königl. Befugnisse, oder sogenannte Regalien, nämlich die Jagdbarkeit, das Mühlhalten, der Bergbau, die Schankgerechtigkeit, das Fleischaushacken, das Bierbräuen, Markthalten &c. verliehen: 14) das Erbsolgrecht auf verfallene Habschaften: 15) das Recht des freien Kaufs und Verkaufs der Häuser und Grundstücke. 16) Wenn diese Städte in Streit gezogen würden, soll sie der königl. Fiskus vertreten.

Weil aber der Kaiser fest entschlossen ist, in allen Theilen seines Reichs eine einfachere Regierungsform einzuführen, so haben Se. Maj. dieses Privilegium nur in so fern bestätigt, als es mit der nunmehrigen Gespanschaftsverwaltung verträglich ist. Demnach sollen

1. Diese Städte eben so, wie von andern Städten gesagt worden ist, der Oberaufsicht des Vizgespans der Zipsergespanschaft und des königl. Kammeradministrators von dem Kaschauerbezirke, unter der

Lei.

rektionen tamen Commissarii Regii Districtus ejusdem nominis subjectae.

Leitung des königl. Kommissars, untergeben seyn. Folglich wird

II. Administratio proinde Scepusiensis,

II. Die Zipseradministration, und

III. Munusque *Grafi*, sive Comitatus Provinciae abrogatur.

III. Das Amt eines Provinzialgrafen aufgehoben.

IV. Sedes provincialis causarum appellatarum revisoria sublata, cum jam a Magistratibus singulis ad Tabulam Regiam, et Septemviralem, uti de aliis Liberis, Regiisque Civitatibus dictum, appellandum sit.

IV. Eben so hören die Revisionsgerichte dieses Bezirkes auf, und wird von den Magistraten zur königl. und Septemviraltafel, wie bei andern Städten, appellirt.

V. Id tamen admissum, ut in Comitatu specialis Assessor, et Fiscalis sit, qui negotia harum Civitatum procurent.

V. Es ist jedoch verstattet, daß der Gespanschaft immer ein besonderer Beisitzer und Fiskal, die Geschäfte dieser Städte wahrzunehmen, beiwohnen soll.

*Intimatum Consilii Regii d. 28 Martii 1786 ad Comitatum Scepusiensem.*

### §. 84.

#### *Oppida decem Lanceatorum.*

Sedes decem LANCEATORUM in Comitatu Scepusiensi e quatuordecim locis constat, quae Nobiles incolunt, quorum Majores tempore belli Regem lanceis suis (unde Lanceatorum nomen etiam hodie retinent) quovis decimo ad id delecto stipare solebant, atque ideo partem militiae Praetorianae formabant. Communitates hae diversa diversis temporibus privilegia acceperunt, quae Bela IV. regnante

non

### §. 84.

#### Von den Städten der zehn Lanzenträger.

Die Städte der zehn Lanzenträger befinden sich ebenfalls in der Zipsergespanschaft, bestehen aus 14 Ortschaften, und werden durchaus von Edelleuten bewohnt, aus deren Vorfahren jedesmahl der zehnte Mann in Kriegszeiten den König, mit Lanzenträger bewaffnet, umgab, woher sie die zehn Lanzenträger genannt wurden, und also einen Theil der königlichen Leibwache ausmachten. Diese Gemeinden erhielten zu verschiedenen Zeiten verschiedene Begünstigungen.

3 2

gen.

non parum adaucta fuerunt. Alia inter proprium Vicecomitem, et Judicem Nobilium, jurisdictioni tamen supremi Comitis Comitatus Scepusiensis subiectos, habuere.

Sed, sicut de sedecim Civitatibus dictum est, ita haec quoque Oppida, sublato privati Vicecomitis munio, Comitatus Scepusiensi penitus subiecta sunt.

### §. 85.

*Sedes Archiepiscopalis Vajkensis, et Verebelyensis.*

In Sede Archiepiscopali Nobilium VAJKENSI, et VEREBÉLYENSI, quarum illa in Psoniensi, haec in Barsiensi Comitatu est, veneranda adhuc veteris, quae in Hungaria primis seculis obtinuit, bellandi consuetudinis vestigia deprehendimus. Bello Hungaris indicto, Rex primus *Banderium*, id est, vexillum suum sustulit, sequutaque eum sunt illa omnia reliqua *Banderia*, quae Archiepiscopi, Episcopi, Praelati, Barones Regni, ac primae classis Familiae servare debebant. Lege certe definitum erat, ut orto bello Archiepiscopus Strigoniensis cum *Banderiis* duobus, quorum singula ordinarie mille capita efficiebant, reliqui Episcopi, Praelati, Praepositi, Capitula, Barones, Despotae, Vajvodae, et illustres Familiae cum duobus, uno, dimidio, aut dodrante, in campum prodirent. Experientia docuit, quam id

Rei-

gen, die durch König Bela IV. beträchtlich erweitert worden sind. Unter andern hatten sie einen eigenen Wizegespan und Stuhlsrichter, diese aber waren dennoch dem Obergespane der Zipsergespanschaft untergeben.

Aber, wie von den sechzehn Städten gesagt worden ist, so sind auch diese Städte nach gescheneher Aufhebung ihres besondern Wizegespans, der Zipsergespanschaft gänzlich einverleibt worden.

### §. 85.

*Von dem erzbischöflichen Wajker- und Verebelerstuhle.*

In den erzbischöflichen Edelstühlen, dem Wajker, welcher in der Presburger, und dem Verebeler, der in der Barscher Gespanschaft liegt, entdeckt man noch die Spuren von der alten in Ungarn üblichen Gewohnheit sich zu Felde zu ziehen. So bald nämlich dem Lande der Krieg angekündigt wurde, so erhob der König zuerst seinen Banner (Fahne), und gleich folgten alle übrigen zur Fahne beideren Truppen, oder die sogenannten Banner, welche die Erzbischöfe, die Bischöfe, die Prälaten, die Reichsbaronen und die vornehmsten Familien zu unterhalten pflegten. Durch ein Gesetz war bestimmt, daß bei Entstehung eines Krieges der Erzbischof von Gran mit zwei Bannieren (Fahnenzügen) erscheinen mußte, davon jedes gewöhnlich aus 1000 Köpfen bestand, die übrigen Bischöfe, Prälaten, Kapiteln, Baronen, Despoten, Wojwoden und vornehme Familien mußten verschiedentlich zwei, einen, einen halben oder drei.

Reipublicae noxium sit, si subditi promiscue, et sine certo ordine ad arma ferenda cogantur; ita enim factum est, ut campi saepenumero cultoribus destituerentur, ac proinde non sine publico damno inculti relinquerentur. Accidit inde certe, ut plerique eorum, qui proprio cum milite (*cum Banderio suo*) in aciem prodire debebant, certum subditorum suorum numerum a quibusvis aliis servitutibus exemptum militaribus tantum servitiis addicerent, eo fere unice iis onere imposito, ut tempore pacis in arcibus ipsorum excubias agerent, literasque ultro citroque deportarent, tempore vero belli ipsos ad castra proficiscentes sequerentur.

Hinc igitur PRAEDIALISTAE Vajkenses, et Verebelyenses originem acceperunt, qui, dum alii in aliis Episcopatibus, Praelaturis, et Capitulis, paucis exceptis, progressu temporis cessarunt, aut alteri servitutis generi mancipati sunt, veteres suas immunitates in hodiernum usque diem retinuerunt. Praediales ejusmodi nobiliores Colonis, sed nobilibus inferiores mediam quasi nobilitatis classem constituebant; quamquam inter eos quam plurimi reperiantur, qui a Regibus Hungariae ob praeclara virtutis bellicae specimina in diversis bellis edita postmodum in numerum verorum Regni Hungariae Nobilium assumpti fuerunt.

Hac

dreiviertel Banner in das Feld stellen; die Erfahrung lehrte aber, wie schädlich es für den Staat ist, wenn die Unterthanen ohne Auswahl und Ordnung die Waffen zu tragen angehalten werden; denn dadurch geschah es, daß die Ackerfelder oft ihrer Pflieger beraubt wurden, und zum allgemeinen Nachtheil unbebaut und öde liegen blieben. Um diesem Uebel einigermaßen vorzubeugen, kam es endlich dahin, daß die meisten aus denjenigen, welche mit eigenen Truppen, unter ihrem Banniere, zum Kriege anrücken mußten, eine gewisse Anzahl von Unterthanen von allen andern Pflichten lössagten, und nur zu Kriegsdiensten bestimmten. Diese hatten in Friedenszeiten gewöhnlich keine andere Pflicht, als die Schlösser ihrer Herren zu bewachen, Briefe zu bestellen u. c., in Kriegszeiten aber mußten sie ihrem Herrn folgen, wenn er in das Feld zog.

Auf solche Art entstanden die Wasker und Verebeler Prädialisten, welche, indessen die Prädialisten der übrigen Bisthümer Abteien und Domkapitel, in der Folge der Jahre größtentheils abgeschafft, oder zu andern Dienstbarkeiten gezogen wurden, ihre alten Vorrechte bis auf heutigen Tag erhalten haben. Dergleichen Prädialisten waren vornehmer als die Bauersleute, aber geringer als der Adel, und machten daher eine Gattung vom Halbadel aus, obschon darunter sehr viele Personen sich befinden, die wegen bezeugter Tapferkeit von den ungarischen Königen in den wirklichen Adelsstand erhoben worden sind.

Diese

Hae itaque duae Praedialium Archiepiscopalium Sedes a jurisdictione Comitatum immunes distinctas quasi Provincias formabant, proprioque et aliis jurisdictionibus prorsus absimili Magistratui parebant. Proprios enim ambae habebant et Palatinos, et Vicecomites, et Judices Nobilium, proprios Conventus, propria Fora tam *pedanea*, quam *octavalia*.

At jam et haec communi Regni systemati conformata, ac Comitatum jurisdictioni, prout saepe a nobis jam expositum est, subjecta sunt.

## §. 86.

*Nobiles Campi Turopolja.*

In patente illo campo, qui in Regno Croatiae haud procul ab Urbe Zagrabia in ulteriore Savi ripa protenditur, Regio est 33 Pagis constans, quae *Campus olim Zagrabiensis*, nunc *Turopoljensis* nominatur. Tractum hunc Bela IV. decennio prius, quam Andreae Patri successisset, id est, anno 1225 ab *obligatoria servitute Castris Zagrabiensis* exemit, *familiasque omnes illic eo tempore fundos possidentes libertati inferioris officii de honesta societate servientium Regi asseruit*, sive nobilitate donavit. Sexdecim subinde Reges, Ducesque tres amplis has Nobilium Communitates privilegiis ornarunt, qui-

Diese beiden Bezirke der erzbischöflichen Präbialisten waren ehedem ebenfalls von der Gerichtsbarkeit der Gespannschaft getrennt, machten gleichsam besondere Provinzen aus, und gehorchten eigenen Magistraten; beide hatten eigene Palatine, Vicegespane und Stuhlrichter, eigene Zusammenkünfte, und eigene Ober- und Untergerichte.

Aber auch diese Gerichte sind nun dem allgemeinen Systeme des Reichs anpassender gemacht, und wie von den obigen Bezirken gemeldet worden ist, den Gespannschaften zugeordnet worden.

## §. 86.

## Die Edelgemeinde von Turopolja.

In dem Königreiche Kroazien, unfern von Ugram, am jenseitigen Ufer der Save, öfnet sich eine Landschaft, die aus 33 Dörfern bestehet, und ehedem das Ugramer- nunmehr das Turopoljersfeld heißt. Diese Landschaft hat Bela IV. zehn Jahre, bevor er seinem Vater Andreas auf dem Throne folgte, nämlich im Jahr 1225 von der Dienstpflicht gegen die Ugramerburg losgesagt, und zugleich sind alle Familien, die daselbst Gründe besaßen, in den Adelsstand erhoben, oder nach dem damaligen Ausdruck in die Gemeinschaft der ehrsamten Diener des Königs aufgenommen worden. In der Folge haben sechzehn Könige, und drei Herzoge diese Edelgemeinden mit den

quibus partim Belae IV. privilegium confirmabatur, partim novae adiciebantur immunitates legibus etiam Regni confirmatae.

Art. 92, anni 1723. — 60mi 1741.

Hujus Nobilium Universitatis (sic enim in privilegiis vulgo appellatur) COMES TERRESTRIS, olim *Spanus* dictus, Caput erat, huic Assesores duodecim, quorum e numero Procomes, feu *Vicespanus*, Notarius, et Causae Perceptor deligebantur; praeterea Vice-Assesores quatuor et viginti, qui Universitatem repraesentabant, adjuncti fuere. Assessorum, et Vice-Assessorum munia perpetua fuerunt; Comitibus vero Terrestris, Procomitibus, Notariis, et Perceptoribus singulis annis festo divinae Luciae die liberis suffragiis instaurari solebant.

Causas, quae alias ad Tabulam Banalem ut primum Forum pertinebant, id est, *octavales*, Comes Terrestris suis cum Assessoribus, et Vice-Assessoribus definire solebat, unde ad Tabulam Banalem appellabantur. Ceteras omnes, utpote *brevis litis*, solus Comes Terrestris salva ad Sedem Judicariam Comitatus Zagrabiensis appellatione diremit. Id praeterea singulare, quod Universitas haec ad Comitatus quoque literis *Regalibus* evocari consueverit.

Totius Regionis caput est Arx Lukavec, in qua universa privilegia, et literae a *Castellanis* duobus perpetua die,

günstigen Gnadenbriefen versehen, wodurch sie theils das Privilegium des Königs Bela IV. bestätigten, theils mit neuen Vorrechten erweiterten, die auch durch die Reichsgesetze bestätigt worden sind.

Das Haupt dieser adelichen Gemeinde, wie sie in den Gnadenbriefen gewöhnlich genannt wird, war der sogenannte Grundgraf, welcher einstens von Span auch Spanus, zu deutsch der Gespan hieß. Er hatte 12 Beisitzer, worunter sich der Vizegespan, der Notar und der Einnehmer befand, und 24 Vizebeisitzer, welche zusammen die Gemeinde vorstellten. Die Aemter der Beisitzer und Vizebeisitzer waren lebenslanglich, die Würden des Grundgrafen, des Vizegespans und Einnehmers aber wurden alljährlich am Festtag Lucia durch freie Wahlen erneuert.

Die Rechtshändel, welche sonst zur Banaltafel, als dem ersten Gerichte, gehört hätten, die sogenannten Octavalprozesse, schlichtete der Grundgraf mit den Beisitzern; von hier beriefen sich erst die Parteien zur Banaltafel; alle anderen minderen Streitigkeiten setzte der Grundgraf für sich auseinander, doch blieb immer die Berufung an die Gerichtssitzung der Ugramer gespanschaft offen. Uebrigens ist auch merkwürdig, daß diese Gemeinde ebenfalls durch königl. Briefe zu den Landtagen geladen wurde.

Der Hauptort dieser Landschaft ist Lukavec, wo auch alle Gnadenbriefe und Urkunden dieser Gemeinde von zwei Schloßwärt-

die, nocteque excubante vigilia aſſeruari, et generales Nobilium congreſſus celebrari ſolebant.

Hic quoque Diſtrictus cum reliquis communem ſubivit fortem. Jurisdictione enim Comitatus Zagrabiensis huc extenſa, et nomen Comitatus Terreſtris antiquatum, et communis Judiciorum norma hic pariter ſtabilita eſt.

### §. 87.

#### *Diſtrictus Tibiscanus, et Kikindiensis.*

Sublato Confinio Tibiscano, Oppida olim militaria, quae inter inprimis Becſe, Szentha, et Caniſa eminent, Maria Theresia imperante ad ſtatum provincialem reducta, ac in perennem veterum meritorum praemium perpetua libertate donata nomen PRIVILEGIATI DISTRICTUS TIBISCANI indepta ſunt.

Quia vero incolis horum Oppidorum tum, cum a ſtatu militari ad civilem traducerentur, optioni relictum fuit, an caſtra porro quoque ſequi, aut civilem conditionem aſſumere malint, multi reperti ſunt, qui a veſtigiis Majorum fuorum ſe nulla ratione reſuſuros declararunt. Hi itaque ad adverſam Tibiſci ripam translati in vaſtiſſimis campis, quos temporum viciffitudines colonis orbarunt, conſe-

de.

wärtern bewacht werden, und die allgemeine Verſammlungen gehalten wurden.

Aber gegenwärtig hat dieſer Freibe- zirk das nämliche Loos wie die übrigen ge- habt, daß er nämlich der Gerichtsbarkeit der Ugramergespanſchaft untergeordnet, die Würde eines Grundgrafen aufgehoben, und die allgemeine Gerichtsverfaſſung hier eben- falls eingeführet worden iſt.

### §. 87.

#### Von dem Theiſſer und Kikinder Freibeziſtke.

Nach Aufhebung des Gränzbezirks an der Theiſſe ſind die ehmaligen Militarort- ſchaften, worunter Becſe, Szentha und Ca- niſa die vornehmſten ſind, unter der K. K. M. Theresia Regierung wieder in den Pro- vincialſtand verſetzt, und zur ewigen Beloh- nung ihrer im Kriege erworbenen Verdien- ſte, unter den Nahmen Theiſſer privilegir- ter Bezirk für beſtändig in Freiheit geſetzt worden.

Weil aber den Einwohnern dieſer Orts- ſchaften, da dieſe von dem Militarſtand in den bürgerlichen übertraten, die Wahl gelaſ- ſen wurde, ob ſie noch ferner im Felde die- nen, oder lieber den bürgerlichen Stand annehmen wollen, ſo fanden ſich viele, wel- che die Fußſtapfen ihrer Unherren nicht ver- laſſen wollten. Dieſe wurden daher an das jenseitige Ufer der Theiſſe gebracht, und auf die weiten Feldſtrecken angewieſen, wel- che durch widerwärtige Zeitläuſe ohne Pfler- ger



derunt. Intra exiguos annos decem Oppida, quorum caput Magna Kikinda est, assurexerunt. Sed nec hic diu in statu militari relictis sunt. Nulla enim ibi militiae collocandae necessitas videbatur, cum limites Turciae confiniario alioquin milite defensi satis inde remoti essent. Quapropter Loca haec ad civilem conditionem reducta, et nomine *Districtus Magno-Kikindiensis* compellata, proprio quidem Districtuali Magistratu secundum privilegium a Maria Theresia concessum gaudebant, atque ab Administratione solum Regia Temesiensi dependebant. Postquam autem Tractus Temesiensis Regno Hungariae postliminio restitutus, reincorporatusque est, jurisdictioni Comitatus Torontaliensis, retento nihilominus Magistratu, subjecta sunt.

Augusto Imperatore JOSEPHO II. regnante, quoad binos hos Districtus nulla majoris momenti mutatio intercessit, cum Comitatus Bacsiensi, et Torontaliensi porro quoque subjecti maneant, communi, quae jam universim obtinet, retentis tamen propriis Magistratibus, norma gubernandi.

ger gelassen waren. In kurzer Zeit erhoben sich daselbst zehn Ortschaften, wovon Kikinda der vorzüglichste ist; aber auch diese blieben nicht sehr lange im Militärstande; denn weil man keine Ursache einsah, in diesen Gegenden Gränzsoldaten zu halten, indem die türkische Gränze, an welcher ohnehin hinlängliche Truppen liegen, weit entfernt ist, so wurden diese Ortschaften in den Civilstand gesetzt; sie hatten jedoch in Kraft eines ihnen von Maria Theresia verliehenen Privilegiums, unter der Benennung des Groskinderbezirks, einen eigenen Magistrat, und hingen allein von der königl. Kameraladministration zu Temeswar ab; nachdem aber das Temeswarerbanat dem Königreiche Ungarn wieder einverleibt wurde, ist dieser Bezirk der Torontalergespanschaft zwar unterworfen worden, behielt aber doch seinen eigenen Magistrat.

Unter der Regierung des Kaisers ist in Ansehung dieser beiden Bezirke keine weitere Veränderung vorgegangen; denn da sie ferner der Bacser und der Torontalergespanschaft zugetheilt bleiben, so werden sie nach der allgemeinen Regel, jedoch mit Beibehaltung ihrer Lokalmagistrate, verwaltet.